Speth, Eugenius: Theologia scholastica tripartita (Vorlesungsmitschrift): Band 1
Salem, 1684–1685 Seite 25



# QUÆSTIO I.
## Quomodo dividantur Attributa divina?

Praesc. 1. quamvis nomen attributi interdum generatim sumatur pro omni perfectione, quae in Deo reperitur, quô sensu etiam essentia attributum dicitur, plerumque tamen non pro essentia, sed pro perfectionibus tantum ratione ab essentia superadditis sumi solet, quomodo hic sumitur.

Praesc. 2. attributum secundum communem loquendi modum solet dividi in absolutum, et relativum, sive notionale. attributum absolutum est, quod Deo, ut unus est, convenit. attributum relativum est, quod Deo, ut trinus est, attribuitur. Haec quaestio non de relativis, sed absolutis procedit.

Dico 1. attributa dividuntur in affirmativa, et in negativa. ita omnes. Explicatur: attributa negativa sunt, quae nostro concipiendi modo imperfectionem à Deo removent, et solent numerari, videlicet, esse increatum, incorporeum, infinitum, immutabilem, incomprehensibilem,

x Immensum.

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII6_1/0040